Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26418
Copyright: Admont, Benediktinerstift



potuisset. huius modi ad eum scripta trans
ꝛo semper augusto filio misit.
constantino mater helena semper
augusta. Veritatem sapientis animus non
recusat. nec fides recta aliquando
patitur. quamcumque iacturam. Be enuiolen
tie diuine reputari debet. quod meru
isti symulacrorum figmenta deserere.
Sed errori applicamus humano. quod ihesum
nazarenum deum credere uoluisti. et
hunc dei filium esse in celis estimare
qui a iudeis extitit oriundus. et magus
accusatus. sententiam crucis accipiendo
defecit. Vnde ad ueritatis lumen
scias attingere cupientibus. alteram uiam
esse non posse. nisi hebreorum qui acceperunt
legem. Pietati autem tue ideo sanitas
reddita probatur. quia tu primus inter
augustos idolis renuntiasti. Deus ergo
uerus. qui est deus iudeorum ut ostenderet

Extant namque apud heliam crucis eius
impressa uestigia.